



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1710

25. Dies Maii. Omnis perfectus, perfectionis est indigus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45477

farit, vel arcu Teucer, non consilio Agamemnon, nec oratione Nestor, nec divinatione Calchas, nec dolis Ulysses, tot annorum curriculo capere potuerunt. Nos si Deo auspice præliemur; & sub ejus vexillis meremus, speremus fore, ut illius gratia freti, robore nixi, numine fulti, vim, tela, consilia, machinas, balistas, violentas impressiones, & efferatam audaciam vincamus? Ipse est cæli podio non tantum est spectator sed propugnator: & ut Xerxes, pugnam Samianam ab alto monte spectaturus, in aureo sedi solio, & multos adhibuit scribas, quorum munus fuit, ut quæque res in prælio gererentur, excipere, & fortia uniuscujusque facta notare. Sic Deus est sua machina nos contemplatur pugnantes, juvat ut vincamus, palmas numerat, ac victorias. Sub tali Duce pugnanti, est victoria certa, sub aliis incerta: juxta illud Poëtæ:

Est nulli certum cui pugna velit dare certum.

25. DIES MAI.

Omnis perfectus, perfectionis est indigens.
Fulgent. ad Monim. l. 1.

Nemo tam I. **I**cet jam pedem extuleris ex virtute perfectus, & à vitiis recesseris, & in cui non insit defectus. **L**ata, & à vitiis recesseris, & in tuleris in viam arctam, & ad virtutes accesseris, nunquam temen oportet tibi persuadeas, te statim omnibus absolutum numeris, sed potius te scatere nævis in numeris. Nihil enim est aliud in hac vita omnis no-

Majus.
nnon, nec
nec dolis
otuerunt
us vexillis
ti, robore
inas, bali-
audaciam
m est spe-
gnam Sa-
ureo sedu-
m munus
cipere, &
è sua me-
ut vince-
Duce po-
uxta illud
um.

indiguo
leris ex vi-
eris, & in-
tam, &
inquam te
omnibus
nævis in
omnis no-
stra

Majus.

Tessera.

397

stra perfectio , quām minor quædam imperfectio . Nemo est cui non plus desit , quām ad sit prudentiæ , & scientiæ . Hinc nullus scit , quanta nescit . Nullus enim tam est mente sagax , animoque solers , quin in pluribus hallucinetur per ignorantiam , quām recte agat per solertiam . Nemo est tam justus , quin plurimum ei desit ad obtinendam justitiam . Nec ulla in illo est virtus , in quā non sit aliquis nævus . Nec ullus est tam doctus , qui non egeat doceri . Nemo est qui omnia ad summum absolverit . Nec illi fuere tam integri , in quibus nihil ipsa desideraret integritas . Itaque perfectorum justitia est , ut nunquam præsumant se esse perfectos . Hoc ergo sit certum , inter mortales , ex mortalibus , cùm mortalibus nihil esse perfectum , nisi per Deum , & in Deo perfectiōne consequatur . Cùm enim homines infinitis sint obnoxii delictis , nihil proniūs est quām delinquare .

II. Quid miraris ? Nullus hominum ordo , in quo non sit aliquid inordinatum : nulla hominum societas , ubi non est aliqua labis fœditas : nullum corpus , tam undique omni elegantiâ , & lepore venustum , in quo non sit quod possis vel quia deest , addere , vel quia supereft , demere . Itaque veteres cùm vellent Deorum suorum turbam , ex omni parte esse perfectam , & sine defectu absolutam , & ab omni quod carpi posset vitio eximiam , unum tamen lori-pedem esse ajunt Olympicæ pompæ , & senatus ludibrium . In Planetis beneficio lumine juvantibus , maleficus unus est Saturnus . In aëre vitali vi prædicto , prætites sunt exitiosi : in metallis opulentis venena , inter herbas cicuta . Sic in Philosophis reperiuntur fatui ,

Maj,
fœdun
sed cal
nisi un
est que
factus
Ille eſſ
ſett tam
nisi ſin
culi vi
fan

fatui, in Grammaticis barbari, in Theologis Hæren-
ci, in militibus meticulosi. Sic nec omnes Advocati
ſunt Patroni, nec omnes Jūdices, legum vindices,
nec Vestales omnes caſtæ, nec omnes Theologi ſunt
Theophili. Hæc eſt humana imbecillitas, quæ ad
lapſum prona, ut Harpya, ſi quid in homine repen-
honesti, dehonestat; ſi quid venusti, devenuſtat; ſi
quid formosi, deformat. Nemio tam integrè viri,
quin ipſum vel puderet, vel pœniteret ſic vixiſſe. Si
aliqua formæ tam exquisitæ, quam ipſa Venus, ad-
huc reperietur aliquis nævus. In ipſa Helena invi-
nietur à Momo macula.

III. Igitur quisque patitur ſuos manes, quia
quolibet eſt aliqua quæ inficit labes. Naaman eſt
charus Regi Syriæ, ſed leproſus: Rachel formoſilla-
ma, ſed infœcunda: Lia prole dives, ſed lippa oculis
Saul Rex, ſed exofus. Sic unus eſt nobilis ſanguine,
ſed pravus indole; eſt dives fortunæ opibus, ſed pa-
per naturæ dotibus, hic acuto, & aſtuto ingenio, ſed
nimis indulgens ſuo genio: ille eſt quaſi encyclop-
dia omnis ſcientiæ, ſed nullius eſt conſcientiæ: ille
pollet omnibus artibus, ſed & caret omnibus vi-
tutibus: ille prudentiâ eſt Aristides, ſed formâ The-
ſytes: ille præſtans eſt ſago, ſed nullus in toga: ille in
campo eſt incomparabilis ut exercitui præſit Impe-
rator, ſed non eſt qui in curia conſilia det Senator.
Hic benè canit, ſed malè pingit: hic valet calamo
ſed torpet gladio: ille ut terram excolat eſt perili-
ſimus arator, ſed ut coram populo peroret, nullus
orator: ille valet pedibus, ſed mancus eſt man-
bus: hic habet robustum caput, ſed infirmum po-
ctus: hic habet concinnè formatum naſum, te-
ſerit: ille ſed

Majus. *Tessera.* 399
fædum in tergore gibbum : hic perfecto est corpore,
sed calvo est capite. Nil huic homini videtur deesse,
nisi unum, quod non sit aptus præesse. In illo nihil
est quod desideres, nisi non esset tam defes. Ille esset
factus ad ungues, si caput non scalperet unguibus.
Ille esset homo omni ex parte consummatus, nisi es-
set tam facile iratus. Illius vita esset vivendi norma,
nisi sineret se rapi alienâ formâ. Denique sit hoc ora-
culi vice, quod cecinit Poëta :
fam vix sunt visi, qui caruere nisi.

26. DIES MAII.

Perditissima ratio est, diligere formam, ne-
gligere famam. *Cicero 4. Rheth.*

Ubi est vel minimus de-
fectus, nullus sit neglectus. I. **T**Ametsi quilibet habeat, quo
displacet homini, defectus,
nullus tamen debet esse in
eo eradicando, ne displiceat Deo,
neglectus. Plus rationi repugnat diligere cor-
pus, & negligere animam, quam diligere formam,
& negligere famam. Plus est tibi tua fama, quam
forma, quia illa à pluribus auditur, quam hæc vide-
tur: inde fīs notior commendatione formæ. Pluris
quoq; aestimas famam animæ, quam formam corporis.
Semper ægrotare, malum tibi esset intolerabile, inter
humanos artus, habere membrum aliquod brutæ
pecudis, esset malum inæstimabile. Prodigiosior
est minimus in animâ nævus, quam maximus in
corpore morbus. Non auderes te foris spectabilem
exhi-